

h. 11417.

(X2000679)

Wg
487

DISSERTATIUNCULA
DE
CONFESSIONE RUTHENICA
SEU GERANA,

QVA
PER ILLUSTRES AC GENEROSISSIMOS DOMINOS,
Dⁿ. HEINRICUM IV. SENIORIS LINEÆ
Dⁿ. HEINRICUM I. JUNIORIS LINEÆ
RUTHENOS,

DOMINOS A Plauen / DOMINOS IN Graitz / Gran-
nichfeld / Gera / Schlags & Lobenstein &c. DOMINOS
SUOS GRATIOSISSIMOS,

NEC NON
VENERABILE PLURIMUM AMPLISSIMORUM
Dⁿⁿ. INSPECTORVM
COLLEGIUM,

AC DOCTOS OMNEIS
M. JOHAN. SEBASTIANUS Mitternacht / ILLU-
STRIS RUTHENI, QVOD GERÆ EST, RECTOR,
UT

CUM GRATIA, BENEVOLENTIA ET FAVORE SINGULARI
GOTHOFREDUM Appenfeldern WERENBURGENSEM THU-
RINGUM, LIPSIAM ADITURUM, ac
DE EADEM CONFESSIOE
CRASTINA LUCE SUB SECUNDAM POMERIDIANAM
E CATHEDRA VERBA PUBLICE FACTURUM

AUDIRE DIGNENTUR,
HUMILITER, SUBMISSE, OFFICIOSE AC PERA-
MANTER INVITAT.

GERÆ, TYPIS HÆREDUM MAMITZBACHIANORUM
Anno cl^o l^o LV.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
MAMITZBACHIANA





DEI bonitatem, ditionibus RUTHENICIS exhibitam ac declaratam, singularem prorsus esse, ideoque laudari satis numquam posse, plurima sanè sunt, quae evincunt, ac velut ad oculos demonstrant. Ex multis pauca saltem in prosequenium producemus. Etenim posteaquam per Dei gratiam illuxerat iterum fulgidissimus Evangelii splendor per Germaniam, ejus radii illustrare illicet coeperunt has ditiones, quibus dissipabantur magis ac magis densissimae illae atque Cimmeriae Papatus tenebrae, atque purum & incorruptum Dei verbum per templa pariter ac Scholas insonabat. Quod ipsum quanti sit aestimandum, illi demum in quamplurimis passim locis intelligunt, quibus, Deo ita permittente, preciosissimus ille incorruptae veritatis thesaurus eripitur, atque pristina caligo quae postliminò revocatur. Velut autem

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri: ita non minus divinae illius & infinitae bonitatis argumentum est, quod ortam veritatem Evangelii contra violentiam aequè ac fraudulentiam defenderit, & nunquam interiisse passus Deus fuerit in his ipsis ditionibus, sed in hunc usque diem sartam, rectam, intemeratam atque incorruptam servavit; cujus rei testem produco *Confessionem nostram Ruthenicam*, sive, ut alii vocant, *Germanam*, cui, quotquot initiationem nostram suscipiunt, ac sanctissimè pollicentur, se nihil docturos publicè privatimque fore, nisi quod consonum sit verbo divino, in libris Canonicis comprehenso, & in Conf. Aug. aliisque libris Symbolicis, nec non in nostrâ illâ Confessione repetito, ac contra quorumvis fanaticorum corruptelas adferro. Quia verò pauci admodum sunt ex discipulis nostris, qui, quae circa Confessionem illam scitu necessaria videntur, calleant, ideo discipulus nostrer obsequentissimus, GOTHOFREDUS Appenselder/ discessurus à nobis ac ceteris dilectissimam Lipsiens. Academiam post paucissimos dies aditurus, consultum duxit, quaedam de hoc argumento proponere ex cathedrâ, atque insimul suorum profectuum specimen aliquale relinquere. Et quia temporis ratione habitâ, omnia, quae dici in rem poterant, producere non potuit; placuit nobis pauca quaedam conjicere in chartam *παρρησιαστικὰ*, talia tamen, quae non omnino videntur silentio involvenda. Ita autem temperabimus materiam, ut primum de Confessoribus, mox de occasione editae Confessionis, deinceps de ejusdem repetitione seu novâ editione, ac tandem de illius cum reliquis libris Symbolicis & Formulâ Concordiae harmoniâ brevissimè dicamus. Confessores illi sunt vel

Po.



Politici ordinis, vel Ecclesiastici. Etsi enim Confessio concepta est atq; conscrip-
pta à Theologis, unde & , cum prodiret primùm, sub hac epigraphe prodiit :
*Confession-Schrift etlicher Praedicatoren / in den Herrschafften Gratz / Geran /
Schönburg / und anderer hernach unterschriebenen ꝛc. nequaquam tamen existu-
mandum est, ac si soli Pastores & Ecclesiae ministri confessi fidem illam fuerint.*
*Quin Perillustres ac Generosissimi Domini, Dominus HEINRICUS MEDIUS, Do-
minus HEINRICUS JUNIOR, Rutheni, Domini à Plauen / Domini in Gratz, Crano-
nichfeld / Geran ꝛc. ac Dominus WOLFGANGUS, Dominus in Schönburg / Blaut a
& Waldenburg ꝛc. οἱ υἱοὶ ἐν ἀγίοις, uti Confessionem conscribi jusserunt & edi in
lucem; ita ὁλοψύχως eidem conscriptae & jam edendae subscripserunt, atq; ita
professi publicè fuerunt & intrepidè, quam religionem ac fidem animo foverent,
probarent, nisi omni defenderent, atq; ad canos nepotes ac posteros omneis
propagatam vellent. Quis itaq; non dignissimos existumaret HEROAS illos bea-
tissimos, qui ab omnibus, Christum sincerè amantibus, exquisitissimis ornentur
laudibus, & quorum nomina aeternitati transcribantur? Inter Theologos verò,
quorum operâ conscripta est Confessio, prae caeteris eminet Dn. D. SIMON MU-
SÆUS, vir constans, pius & sincerus, Superintendens Gothanus, Eichsfeldensis,
Coburgensis, Bremensis, & Geranus, antea etiam Professor Jenensis, ceu refert
M. WOLFGANGUS Krüger Pastor Thurnaviensis in Catalogo virorum illustrium
& clarorum p. m. 233. Atq; hic Dn. D. MUSÆUS quasi os fuit reliquorum, & suo
Confessionem calamo consignasse videtur, quod colligitur facilimè, si stylus
Confessionis conferatur cum dicendi genere, quo usus est in homiliis Germani-
cis, quas pro Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium illustratione edidit,
dignas omninò, quae in omnium manibus versentur, & evolvantur adsiduè.
Adeò autem amans Christi & orthodoxae fidei ille fuit, ut aliquoties locum mu-
tare, & abire in exilium maluerit, quàm hostibus veritatis vel ad momentum ce-
dere. Et quamquam eâ esset in rebus Theologicis peritiâ, eoq; judicio, ut multos
tum temporis longo post se intervallo relinqueret; ne tamen rem tam arduam,
ac tanti momenti causam solus suscepisse censeretur, aut nimium tribuisse sibi;
Celeberrimorum Theologorum, de quorum sinceritate tum constabat, censuras,
antequam typis commendaretur Confessio, studiosissimè conquisivit, quas o-
mneis heic recensere nimis prolixum ac taediosum fortasse foret. Judicium
Dn. D. NICOLAI GALLI, quem D. Lutherus Diaconum Ecclesiae Ratisbonensi
orthodoxae dedit, postea ejusdem Superintendentem; & Dn. D. JOHANNIS
WIGANDI, quondam Professoris Jenensis, porro Pastoris Wismariensis, ac tan-
dem Episcopi Pomezanensis in Borussia &c. valedicturus recitabit. Reliqua
etiamnum in Archivis nostris adservantur. Atque haec de Confessoribus,*

Jm

Ἰστορία loco, monuisse, sufficiat. Jam de occasione Confessionis editae
 pauca differemus. Dicat enim nonnemo: ecquae verò necessitas erat, novam
 condendi ac divulgandi Confessionem? Annon sufficere poterat augustissima
 illa fidei nostrae Confessio ab Augustâ Vindelicorum sic denominata? Sed re-
 spondeo. Utiq; abundè suffecisset illa, nisi maleferiata quorundam ingenia sub
 Augustanae illius Confess. augusto nomine & auctoritate pestilentissimos suos
 errores, ad quos palliandos illam contorquebant, sparsissent in publicum, atq; ita
 imposuissent simplicioribus. Tristissima enim tum facies temporum erat, &
 nihil intentatum Satanas relinqvebat, quò fidei nostrae sinceritatem aut inter-
 verteret, aut everteret & aboleret omninò. Cumq; animadverteret callidissimus
 hostis, everti & eradicari illam per Pontificis Romani tyrannidem non posse,
 aliâ viâ aggressus rem fuit, atq; Doctoribus publicis libertatem credendi ac sta-
 tuendi quidlibet persuasit, modò illud, quod statuebatur, Augustanae Confes-
 sionis, in alienum sensum contortae, pallio velari quadamtenus posset. Itaque
 quod verum videbatur singulis, id singuli audacter profitebantur, & eò Augu-
 stanae Confessionis verba per vim manifestam trahebant. Sed audiamus verba
 Confessorum, quae in primâ editione B. 4. fac. 1. & edit. poster. pag. 16. habentur:
 Weil der Teuffel die Leute irrdisch in der Religion gesinnet findet / die ihrer Bürger-
 schaffe im Himmel gar vergessen / und sich nicht viel bekümmern ümb das Reich Got-
 tes und seine Gerechtigkeit / und was droben ist / scheiden das Creuz vom Evangelio /
 suchen süßen Friede / wollen den Teuffel nicht erzürnen: Darumb richtet er auch zu
 sehens etne Samaritische Religion an / da jederman mag frey / und unge-
 hindert lehren und glauben / was er wil / darzu viel hohe weltliche Potentaten
 auch zu willigen Schutzherrn machet und verleitet. Ecquid verò tristius dici pote-
 rat, quàm hoc ipsum? Velle scil. unumquemq; liberè sua paradoxa, & monstra
 opinionum impunè protrudere, & sub Augustanae Conf. nomine venditare.
 Grassabatur passim, & serpebat quibusdam in locis virus Calvinisticum, quo non
 viles tantum animae, sed ii quoque inficiebantur, qui ceu vigiles constituti e-
 rant ad amoliendum, quidquid contra orthodoxiam veniebat. Nec hoc saltem
 malum premebat Ecclesiam. Etenim inter eos, qui *γνήσιοι* Lutherani audire
 cupiebant, inveniebantur non pauci, qui circa articulos de peccato originali,
 de discrimine Legis & Evangelii, de Libero arbitrio, (à quibus tamen, si dextrè
 traduntur, potissima sinceræ doctrinae pars pendet;) minus dextrè sentiebant
 & docebant. Adeò scil. Satanas intra Ecclesiae viscera soeviebat, & ceu triticum
 cribrabat Doctores. Luc. XXII. 31. Quod cum perspicerent Ecclesiarum Rute-
 nicarum Ministri, sui officii esse arbitrabantur, non stertere & in utramq; aurem
 dormire, sed *ὑποῦπνωσιν ἔχον ὑγιαίνόντων λόγων ἐν πίστι καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν ταῖς χει-*
59

ἐν Ἰησοῦ, καὶ τὴν καλὴν παραθήκην Φυλάσσειν, ἀπὸ πνεύματος ἁγίου ἐνοικῶν
ἐν αὐτοῖς. 2. Tim. I. 13. 14. Ideoq; nihil prius habebant aut antiquius, quàm
suas oveis, Christi preciosissimo sanguine redemptas, à pestilentissimo illo corru-
ptelarum veneno immuneis servare, παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς ὑγιαίνουσης,
καὶ τὰς ἀπιλέγοντας ἐλέγχειν Tit. I. 9. καὶ ὁπισθομίζειν ὅλας οἰκας αἰατρεποντας,
διδοσκοντας ἂ μὴ δεῖ, αἰχρῶ κέρδους χάριν. Tit. I. 11. Et admirandum profectò
maximò perè est, paucos illos Theologos & Pastores, in tam augusto orbis Ger-
manici angulo constitutos, tantum animi habuisse atq; Spiritus, ut non solum
in genere taxarent errores, sed plerosq; & praecipuos Doctores, qui tum in Aca-
demiis pro lubitu sanae doctrinae corpus contaminabant, ὀνομασι coarguere &
refellere. Ut enim jam nihil moneam, quàm animosè contra Scholasticos Wi-
tebergenses, uti se ipsi vocabant, disputarint, (*prioris edit. G. 1. fac. 1. & poster.
edit. p. 52.*) quos vocant die neuen jungen Antinomos, der Adiaphoristen Affire geburt;
quàm accurate distingvant inter Philippum sanum adhuc, & non-sanum, (*E. 1.
fac. 2. edit. poster. pag. 36.*) quàm solidè refutent Stancarum, Italum, ann. c. 1515 L.
in Academia Francofurtanà docentem; (*L. 2. fac. 2. edit. post pag. 90.*) quàm intrep-
pidè contradixerint Georgio Majori in argumento hodièq; famoso de necessita-
te bonorum operum; (*L. 3. fac. 2. edit. post pag. 93.*) in primis a. quàm evidentè ex
Majoris illius scriptis diversis ostenderint, propositiones illas de operum ad sa-
lutem necessitate, in sensu proprio acceptas, arguere CAUSAM & MERITUM, &
quantà cum παρρησίᾳ hunc in modum concluderint pag. 94. 95. novae edit. Ob-
nun D. Major, oder seine Patronen / über angezogene seine selbst Erklärung / gleich
wolten verneinen / daß diese Wort und Art zu reden solten *causam & meritum* includi-
ren / und vorermelten Verstand mit sich bringen: So kan er dennoch nicht leugnen /
daß D. Luther selbst in der öffentlichen Disputation, so er ann. 1537. primo Junii in
Wittenberg gehalten / eben darumb solche Reden / daß sie die Ursach und Verdienst
unserer Seeligkeit in sich schliessen / öffentlich damals verworffen / verstoßen / aufge-
mustert und verdammet / und sie / als eine Papistische / unnützige / ungereimte / wider-
wertige / und in der Theologia verdächtigte und fährliche Rede / zuwieder S. Paulo
und der ganzen N. Schrift / forhin keines weges wollen hören noch leiden. In wels-
cher Disputation D. Major sonder Zweifel gewesen / oder / weil er Lutberi Schüler ja
wil gerühmet seyn / als der von desselben Lehr nie abgewichen / solte er sich von solcher
Papistischen / verdächtigen und verdammeten Proposition und Art zu reden billich
auch enthalten haben &c. hoc unum jam urgebo, quod Justum Menium Th. D. &
Superintend. Lips. (*M. 2. fac. 2. edit. post. pag. 99.*) Johannem Pfeffingerum Th. D.
& Pastorem Lips. Primarium; (*H. 2. fac. 1. edit. post. pag. 62.*) Victorinum Strigeli-
um ann. 1562. Lipsiae peccatum originale nimis extenuantem; (*H. 2. fac. 2. edit.
post.*)

post. pag. 63.) Adiaphoristas, die da/ ut habetur *Q. 4. fac. 2. edit. post. pag. 141.* aus dem
 Augspurgischen Interim ein klein jung Interim geschmiedet/ und solches zu Leipzig im
 Anfang des Jahrs 1549. auffm Landtage der ganzen Landschafft fürgehalten &c.
 Johannem Stöselium, Professore[m] Jenensem, qui ann. 1563. de Lib. arbitrio in
 publica disputatione heterodoxè locutus erat ac scripserat; Petrum Praetorium
 Th. D. Crypto-Calvinianum tum Cizae Superintendentem; (*X. 1. fac. 2. edit. post.
 pag. 182.*) aliosq; masculo robore aggressi fuerint, eorumdemq; errores è Scriptu-
 ra sacra & Aug. Conf. confutarint. Etiam si autem hac ratione non horum dum-
 taxat odia concitarunt, sed iras etiam aliorum, qui cum his sentiebant, succen-
 derunt, adeoq; immanissimis ad tempus calumniis expositi tantum non violen-
 tas persecutiones passi fuere: factum tamen per ineffabilem Dei gratiam fuit, ut,
 quaecumq; dogmata in hac Geranâ Confessione rejiciuntur ac proscribuntur,
 eadem deinceps in Concordiae Formulâ rejicerentur ac proscriberentur. Unde
 patet, quae fuerit Confessionis nostrae occasio, & ἀφορμή, quâ impulsii fuerunt
 Confessores, ut illam scriberent atq; evulgarent, nimirum, ut testatum facerent,
 se non κατ' ὄνομα tantum, sed κατὰ πρᾶγμα esse invariatae Aug. Confessio-
 nis socios, eandemq; interpretari ex mente D. Lutheri, & non fanaticorum spi-
 rituum. Jam progredior, & quare denuò edita fuerit, quaedam subjicio. Cum
 enim malevoli nonnulli, nescio quo Spiritu, certè non bono, moti laudem or-
 thodoxiae in his ditionibus constanter adsertae ac defensae Ecclesiae ministris
 ac Theologis Ruthenicis invidentes nihil non convitiis in ipsam Confessio-
 nem eructarent, eandemq; Flacianismi cumprimis, atq; aliorum ἐκείνων
 clam partim, partim etiam palàm incusarent; atq; id malè haberet *Perillustres
 ac Generosissimos Dnn. RUTHENOS, Dn. HEINRICUM SENIOREM, Dn. HEIN-
 RICUM MEDIUM, ac Dn. HEINRICUM JUNIOREM;* (Gymnasti nostri Fun-
 datorem, aeternâ laude dignissimum Heroëm) consultum ILLI duxerunt, immò
 & necessarium, ut Confessionem Ruthenicam denuò celeberrimorum Theolo-
 gorum Censurae exhiberent, atq; probatam iterum in lucem ederent. Prodit
 itaq; illa Jenae ex officinâ Steinmannianâ ann. c. 1590. ann. XXXII. post
 primam editionem, quae Islebiae prodierat ann. c. 1567. LXVII. eo ipso videlicet
 anno, quo diruta fuit arx Gothana., Grimmensteinium vulgò dicta. Causas alias
 novae illius editionis recensent in praefatione, qui illi subscripserunt. Restat
 jam, ut nonnihil dicamus de nostrae Confessionis cum aliis libris Symbolicis,
 & imprimis cum Form. Conc. svavissimâ harmoniâ. Objicere nobis nonnulli
 imperiti solent, Ecclesiarum Ruthenicarum ministros non subscripsisse
 Formulae Concordiae; & inde nescio quid colligant. Sed benè res habet. Au-
 diamus verba eorum, qui novam editionem adornarunt. Ita enim Perillustres
 ac

ac Generosissimi RUTHENI in praefatione scribunt: Wir rechnen löblich erwähn-
tes wolgegründetes Concordien-buch nicht allein unter die *scripta Symbolica*, un̄ halten
dasselbe unserer *Confession in thesi & antithesi* durchaus vor einstimig; sondern auch/
zu desto mehrer Bezeugung igo erzählter Glaubens Einigkeit/ thun wir uns auff das-
selbe (*Concordien-buch*) ebener massen/ und nicht anders/ beruffen/ als wie sich unsere
seel. Herren Väter/ und auch wir zugleich Ende in mehr angemelten unsern Be-
kenntnis-büchlein auff die *Fr. Sächs. Confutationes*, auch Lüneburgische und Mans-
feldische *Confessiones* gezogen haben &c. *Scripta est haec praefatio XIX. April.*
1619. Audiamus etiam Ecclesiarum Ruthenicarum Dnn. Superintendentis,
Pastores & ministros, qui in praefatione novae editionis ann. 1619. ita ajunt
(*G. 1. fac. 2.*) wir achten und halten teso gedachtes *Concordien-buch* vor eine sehr herro-
liche *Repetition, Approbation* un̄ Befestigung unserer *Confession*, wie verhasst sie auch
bey etlichen bißhero gewesen. Ja wir rühmen dasselbe (*Concordien-buch*) als ein starck
urtheil/ so von vielen ansehnlichen und reinen Kirchen vor unsere *Confession* gespro-
chen/ und wollen sie demnach von niemand als widerwertig/ sondern der *Formulae*
Concordiae, als einen gemeinen Kirchen-werck/ durchaus in allen gemäß angesehen/
erkant/ und verstanden haben. Erkennen derowegen alle die jenigen/ sie sitzen nahe oder
ferne von uns/ auch wes Würden und Standes sie sind/ so dem Christlichen *Concor-*
dien-buch mit Ernst und von Herzen unterschrieben haben/ und demselben *in thesi*
und *antithesi* also gemäß glauben und lehren/ vor unsere geliebte Brüder und Be-
kanner im H. Erren: Wollen sie auch dafür rühmen/ loben und ehren/ vor sie beten/ und
uns mit ihnen freuen/ wenns ihnen wolgehet/ und denn auch weihen mit den We-
nenden/ mit angehengter freundlicher brüderlicher Bitte/ daß alle dieselbigen uns
hinwiederumb also auch wolten erkennen/ halten/ ihnen uns auch befohlen seyn lassen/
und in diesen trübseligen Zeiten in ihren andächtigen Gebet/ und sonst in besten in-
acht haben. Sintemal wir die Heuchler und Schein-*Subscribenten* hiermit nicht ge-
meinet/ sondern dem gerechten Bericht und urtheil Gottes befohlen haben wollen &c.
Et (G. 2. fac. 2. ac G. 3. f. 1.) ita loquuntur: Wir erklären uns außdrücklich und rund/
daß wir/ Gott Lob und Dank/ durch seine Gnade es mit denen niemals gehalten/
noch in Ewigkeit halten wollen/ welche der *Formulae Concordiae* mit ungrunde und
Muthwillen angedichtet haben/ oder nochmals andichten möchten/ als ob etwas ge-
fährlicher weise hinein gesticket/ oder darinnen verändert worden. Sagen auch ohne
allen Schein/ daß wir dieselbe/ und alle andere/ die sich diesem heilsamen und nützl-
ichen Buch heimlich oder öffentlich widerseztig machen/ wie hoch und groß sie auch
möchten angesehen werden/ verdächtig halten/ und uns nichts gutes zu ihnen versee-
hen können. Daß auch dieselben die Kirchen Gottes nicht allein nicht erbauen/ sondern
auch in viel wege ärgern/ schmerzlich betrüben/ ja auch wol an vielen Orten jämertlich

verrichten / davor sie denn am grossen Tage des Herrn schwere Rechenschaft geben
werden müssen &c. An v. hoc non est, Formulae Concordiae ex animo subscribe-
re? Et ne quis cavilletur, elapsos ab ann. cl. Io XCIX. plurimos annos esse, nec
constare sibi, an hodieq; ira sentiamus; disertè dicimus, neminem hodiè ad sacra
administranda adhiberi & admitti, nisi qui his ipsis, quae enarravimus, aeqvè ac
ipsi Confessioni, subscripserit. Propterea, licet infinita propemodum extent
Locorum Theol. Compendia, solum tamen illud, quod B. Dn. D. Hutterus ex li-
bris Symbolicis, & potissimum ex Concordiae Formulâ concinnavit, in Scholâ
nostrâ Provinciali, aliisq; Ruthenicis *παιδευητοῖς* publicè proponitur, expli-
catur & edisci jubetur, quin modis omnibus in examinibus solennibus publi-
Scholasticae, ut preciosissimum *κευμήλιον*, commendatur. Unde non memi-
ni, quemquam hodiè inter orthodoxos ac celebriores Theologos esse, qui tantu-
lum de nostrâ infide *ὁμοψυχία* addubitet. Atq; haec de Confessione Ruthenicâ,
seu GERANA, uti eam Dn. D. Christianus Matthias in typica Theol. delineatione
Loc. I. vocat. Deum ardentissimis cum desideriis invocamus, ut illa in his ditio-
nibus intemerata vigeat & inculcetur, usq; dum in nubibus *μὲν δυνάμει καὶ δό-
ξης πολλῆς* vivorum ac mortuorum iudex apparuerit. Revertor jam ad adole-
scentem valedicturum Gymnasio nostro. Est ille Patris optimi, scil. *Viri Per-
Reverendi, Clarissimi atq; Doctissimi, Dn. ZACHARIAE APPENFELDERI,*
*b. l. Archidiaconi vigilantissimi, Adseßoris Consistorii gravissimi, & Gymnasii Inspe-
ctoris spectatissimi, &c. Dn. Compatri mei, & in Christo Fratris honoratissimi &c.*
Filius natus maximus, quem intra lares domesticos *ἐν παιδείᾳ καὶ υἱοθεσίᾳ κυρίᾳ* sollicitè
haecenus educavit, & unâ mihi ac Dnn. Collegis meis lingvarum & artium scientiâ polien-
dum, salutariq; Dei notitiâ imbuedum tradidit. Quamquam a. plurima adjicere heic in
adolescentis commendationem possemus; quia tamen chartae angustia ea non videtur capere,
hoc unum, quod palmarium certè est, moneamus, fuisse nimirum adolescentem pietatis aman-
tissimum, Praeceptorum observantissimum, & obsequentissimum, in studiis satis assiduum
& industrium, erga commilites pacificum & modestum. Atque inde eò usq; profecit, ut a-
croasibus Academicis adhibendus videatur. Nolvit a. a nobis discedere nisi edito profectuum
specimine, & peractis gratiis, quas benefactoribus debet. Quâ de re Speciminis loco actus
fit, id supra notavimus. Carmina v. *ἄχαισιὰ* ita adornavit, ut quatuor lingvarum Car-
dinalium rationem habuisse probet. Per Illustres itaq; & Generosissimos Dnn. Dominum
HEINRICUM IV. & Dn. HEINRICUM I. illum senioris, hunc junioris lineae RU-
THENOS, Dominos à Plauen / Dominos in Graitz / Crannichfeld / Gera / Schleitz & Lo-
benstein etc. Dominos meos gratiosissimos &c. nec non Venerabile & Amplissimorum Dnn.
INSPECTORUM Collegium, ac tandem Doctos omnes, humiliter, submissè, officiosè
& peramanter invito & rogo, ut Discipulum nostrum de Confessione nostrâ dissertantem
gratiosissimè, benivolentissimè, & cum singulari favore audire dignentur, certò sibi pertua-
dentes, in hominem gratum collatum iri, quidquid in istum. *Λόγον περιπεμμένον* memo-
riter habebit ANDREAS Büttner Geranus. P. P. XXI. Maji cl. lcc LV.

VD 17

M. G.



h. 11417.

DISSERTA

CONFESSIONE

SELI GE

PER ILLUSTRÉS AC GENE

Dⁿ. HEINRICUM IV

Dⁿ. HEINRICUM I.

RUTH

DOMINOS A Plauen / D

nichfeld / Gera / Schlois &

SUOS GRATI

NEC

VENERABILE PLURIMI

Dⁿⁿ. IN SP

COLLE

AC DOCTO

M. JOHAN. SEBASTIA

STRIS RUTHENI, QVO

CUM GRATIA, BENEVOLENT

GOTHOFREDUM Appensfelde

RINGUM, LIPSIA

DE EADEM CO

CRASTINA LUCE SUB SEC

E CATHEDRA VERBA P

AUDIRE DIC

HUMILITER, SUBMISSE

MANTER

GERAE, T^{ypis} HÆREDU

Anno cl

